

EXTRACTVM PRIVILEGIORVM,
Cæsareæ Maiestatis, & Regis Galliarum.

CAutum est Imp: Caroli Quinti semper Augusti, decreto, ne quis omnino, quocunq; imperij ac dominij sui fines patent, hoc opus Ephemeridū, intra octo annos, vlllo pacto, coniunctim vel separatim, excudat, imprimat, excudi, imprimiq; faciat, aut alibi excusum inferat, aut aliunde allatum vendat, distrahat, aut vendendi distrahendiue alijs autor sit, vel vñnum exponere in publico vel occulto audeat, vel præsumat, sine consensu & expressa voluntate ipsius autoris, sub pœna quatuor Marcharum auri puri & amissionis librorum, ut latissime in eodem priuilegio continetur, cuius exemplum in Tabulis directionum Regiomontani, ante quinquennium à nobis auctis & editis, de verbo ad verbum, expressimus.

Nec minus Christianissimi Regis Galliarum priuilegio, prouisum, cautum, & à suprema Curia Parlamenti sonitu tubæ publicatum, ne quis novas has Ephemerides nunc primū excusas, vel etiam postea excudendas, intra proximum decennium quoquo modo impressioni subijcere: aut ab alio impressas venales habere audeat, aut præsumat, præter eū, cui autor operis, id vel concesserit vel mandarit. Et qui temerario ausu secus fecerit, Regisq; sui auctoritatem in hoc neglexerit: is se, vti in ipsis diplomatibus Regijs continetur, nuper in opere meo Eclipsium ad verbum impressis, multatum cognoscet.